



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

De Sazeta Et De Manzenera Abbatibus, & P. Frod. monacho de Alcobatia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**


tum alterius  
imperatum re-  
vocatur.  
*Vide caput*  
*Cum olim pro-  
pter. De privil.*

te, quod cum M. quondam Canonicus sanctæ Crucis in Episcopum fuisse Colimbrien, assumpitus, privilegium quodam de consilio quorundam Canonorum Ecclesiæ Colimbrien, monasterio sanctæ Crucis indulxit in non modicum ejusdem Ecclesiæ præjudicium & gravamen. Quia vero nobis non constat de præmissis, discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis inquiratis de præmissis diligentius veritatem; & si privilegium ipsum in grave dispendium Colimbriensis Ecclesiæ videritis redundare, quod illicitè factum est, auctoritate apostolica appellatione remota legitime revocetis, non obstante privilegio in præjudicium Colimbriensis Ecclesiæ per subreptionem ab apostolica sede obtento. Datum Romæ &c. III. Non. Iunij.

DE SAZETA ET DE  
Manzenera Abbatibus, & P. Frod.  
monacho de Alcobatia.

Epif. 225.  
Vt Ecclesia Co-  
lumbiensis suo  
jure & privile-  
giis non spo-  
lietur.

**Q**Verelam venerabilis fratri nostri Colimbriensis Episcopi ad nos delatam accepimus, quod cum carissimus in Christo filius A. Illustris Rex Portugallie partem territorij Colimbriensis & vicinorum castrorum in loco qui Alathen vocatur, & in sua proponitur diocesi constitutus, jamdudum hominibus dederit incolendum, qui ei de regalibus responderent, fratres monasterij sanctæ Crucis in locis illis quasdam denuo Ecclesiæ construxerunt & construunt ex quibus episcopalia jura percipiunt, & reddere contradicunt; cum in suis privilegiis habeatur quod in illis tantum vilis, quas de novo ædificant, episcopalia jura valeant obtinere. Nolentes itaque prædictos fratres aliis injuriosos existere, causam ipsam vobis duximus committemus; per apostolica scripta mandantes quatenus partibus convocatis, auditias que proponentur hinc inde, & quod canonicum videritis super his appellatione postposita statuatis, facientes quod statueritis firmiter observari. non obstante privilegio in præjudicium Colimbrien. Ecclesiæ per subreptionem obtento. Quod si omnes &c. duo vestrum &c. Datum Romæ &c. VI. Kalend. Iunij.



DE ALCOBATIA ET DE SEIZA  
Abbatibus, & Priori de Alcobatia.

**E**Xposuit nobis venerabilis frater noster Colimbrien. Episcopus in nostra præsentia constitutus, quod Portugalen. Ecclesia flumen Dorij, quod Portugalen. diocesim à Colimbrien. separat, & ab antiquo fuerat certus terminus utriusque, transgressa, magnam partem Colimbrien. diocesis occupavit contra compositionem à bonæ memoria Bosone quondam Cardinale tunc apostolica sedis Legato apud Burgum in Concilio factam, & per sedem apostol. postmodum confirmatam. Volentes igitur Colimbriensi Ecclesiæ in suo jure adesse, discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatenus venerabilem fratrem nostrum Portugalen. Episcopum ad restituendam illam partem diocesis, quam præter justitiam detinet occupatam, cum fructibus inde perceptis, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, sicut justum fuerit, appellatione postposita compellatis. Nullis literis veritati & just. &c. Quod si omnes &c. duo vestrum &c. Datum Idibus Maij.

DE SAZETA ET DE  
Manzenera Abbatibus, & F. Menendi  
monacho de Alcobatia.

**I**Nsiuavit nobis ven. fra. noster Colimbrien. Episcopus quod cum illustris Rex Portugallie fratribus sanctæ Crucis apud Castrum de Leirena in una tantum Ecclesia jus concesserit patronatus, inconsulto diocesano Episcopo in eodem loco construere alias motu proprio præsumperunt, quas & per capellanos conductarios regunt, & in nullo proprie volunt diocesano Episcopo respondere. Eisdem etiam Ecclesiæ privilegiis suis fecerunt inscribi, cum ab episcopali jure nunquam fuerint de sensu Episcopi liberatae. unde totum jus episcopale in oppido nominato sibi præsumunt temere vendicare. Quia igitur nobis constare non potuit de præmissis, discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis &c. quod justum videritis super his appell. postposita statuatis &c. non obstante privilegio in præjudicium Colimbriensis Ecclesiæ per subreptionem obtento. Quod si omnes &c. duo vestrum. Datum &c. VI. Kalend. Iunij.

ROTHO-

Epif. 216.  
Ejusdem art.  
menti cum pre-  
cedenti.

Epif. 217.  
Ejusdem art.  
menti.